



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Batavia, Sive De Antiqvo Veroqve Eivs Insvlae Qvam  
Rhenvs in Hollandia facit situ, descriptione & laudibus;  
aduersus Gerardvm Noviomagvm, Libri Dvo**

**Aurelius, Cornelius**

**Antverpiæ, 1586**

Iste Aloysius est Mediolanensis patria, Medicus primarius Caroli principis nostri, residens Mechliniae. Hieronymus Buslidianus patria Lucemburgensis, praepositus Ariensis in Arthesia, & frater ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38123**

officij, & contra me suscepti negotij pœnitentiat. Vale.

*Iste Aloysius est Mediolanensis patria, Medicus primarius Caroli principis nostri, residens Mechliniae. Hieronymus Buslidianus patria Lucemburgensis, praepositus Ariensis in Arthesia, & frater quondam Domini Francisci Buslidiani archiepiscopi Bisuntini, primarij rectoris Philippi regis Castellæ, &c.*

**H**Æc Marlianus suo præstantissimo candore & ingenio. Quid si istis addere pergam plurima Batauiæ nostræ commoda & delitias, quæ eius perpetuam, ut ita loquar, demonstrent beatitudinem? Habet enim in primis mare portuosum, omnibus finitimis apertum & expositum; monticulos obherbescenti viriditate amœnissimos; valles & palustria feris sylvestribus refertissima; campos & saltus omnigeno pecore locupletissimos; Lucellos permeabiles & innocios; nemora quoque omnis pro tempore amœnitatis & gaudij plena, umbrisque opacis delectabilia; quas ne ipsæ quidem Gratiæ desiderent densiores. Lacunas insuper & stagna admodum piscosa. Flumina suo fluxu & refluxu colonis omnibus accommodatissima. agros frugum omnium fertiles

fertiles : sed tamen spacio breuiores, quām  
vt suum expascant possessoreim. Sed si quid  
minus est tritici aut vini, hoc nostra nobis  
argenti copia abundantissimē ex omni na-  
tione subministrat. Postremō ciuitates ha-  
bet cōplures opulentas, mōenibus & ædificiis  
permagnificas; pagosque & villas innume-  
rables. Vias negotiatoribus tutas, & prope-  
modum expositas; ita vt sine mora, quō ve-  
lis, siue rhedis, siue remis ocyus peruenias.  
Dent superi, vt de hac felici patria ad pa-  
triam æternæ claritatis pertingamus.

*His quæ de Bataua nostra scripsimus, asti-  
pulatur validissimē noster Erasmus uni-  
cum Germaniæ lumen; ita inquiens in  
Epistola quadam:*

**C**ONVENIT inter plerosque doctos,  
nec id refragantibus coniecturis, eam  
insulam, cuius Tacitus meininit, esse quam  
nunc Hollandiam vocat; terram mihi sem-  
per & celebrandam & venerandam; vt cui  
vitæ huius initium debeam. Atque utinam  
illi nos tam possimus honestamento vicif-  
sim esse, quām illa nobis non est pœnitен-  
da, &c. In Adagio Auris Bataua.

*Hac noster Erasmus, simulatq; hunc no-  
strum legerat codicillum.*

CORNÉ-